

iesus. Videbam sathanam sicut fulgur cadentem de caelo. Quod autem in scripturis sanctis multi iusti appellen-
tur: ut Zacharias & Elisabeth: Iob: Iosaphat: & Iosias & multi: quorum nominibus sacra scriptura contexta est: quae
in promisso opere plenius si gratia dominus dederit: dicturus sum: tamen in presenti epistola hoc breuiter stri-
xisse sufficiat: quod iusti appellantur: non quod omni uitio careant: sed ex maiori parte uirtutum comendentur
Denique & Zacharias silentio condemnatur: & Iob suo sermone reprehenditur: & Iosaphat & Iosias: qui iusti absque
dubio scripti sunt: fecisse narrantur: quae domino displicerent. Quorum alter impio auxilium tulit: & correptus
est a propheta: alter contra preceptum domini ex ore Hieremiae occurrit Machao regi aegypti: & interfectus est
& tamen uterque iustus appellatur. De ceteris non est huius temporis scribere: neque enim a me librum: sed episto-
lam flagitasti. Qui dictandus est ex octo: & omnes oblationes eorum Christi auxilio destruenda: quod nobis
sanctae scripturae testimoniis asserendum est: in quibus quotidie credentibus loquitur deus. Illudque te per sa-
ctae & illustris domus conciliabulum praecor: atque comoneo: ne per unum: aut multum tres homunculos susci-
pian tantarum faeces haereseon: aut ut parum dicam infamiam: ut ubi primum uirtus & sanctitas laudabatur: ibi
praesumptionis diabolicae & sordidissime societatis turpitudine uersetur. Sciantque qui huiusmodi hominibus opes
sugerunt: haereticorum multitudinem congregare: & christi hostes facere: & nutrire aduersarios eius: frustra
quod aliud lingua pretendere cum animus sentire aliud comprobetur.

Argumentum dialogi subsequentis contra Pelagium excerptum ex Gennadio de uiris illustribus.

Pelagius haeresiarches antequam proderet haereticus scripsit studiosis necessaria tres de fide trinitatis libros.
Et pro actuali conuersatione aeglogae: ex diuinis scripturis liber unus capitulorum: indicis in modum Cy-
priani martyris praesignatum. postquam haereticus publicatus est scripsit haeresei suae fauentia.

Item aliud argumentum ex epistola beati Hieronymi de .xii. tractatoribus.

Pelagius de quo apud fideles sermo est: de quo etiam mihi grauis causa disputationis uerborum: pene in toto
orbe annunciata est: quae omnes ecclesiae quasi lupum de silua comirent aureum colorem super nigrum uenenum
componens: fontem primi mellis dulcem amaritudinis malitiae commiscuit. Item Isidorus .viii. aetimolo-
giarum. Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinae gratiae anteponunt: dicentes suffi-
cere solam uoluntatem ad implenda iussa diuina.

Prologus dialogi beati Hieronymi praesbyteri rectae fidei contra Pelagianum monachum haeretici dogma-
tis repertorem: quae sub Attici & Critoboli nominibus uoluit appellari. Epistola .XVI.

Scripta iam ad Cresiphontem epistola: in qua ad interrogata respondi: crebra fratrum expositula-
tio fuit: cur promissum opus ultra differre. In qua pollicitus sum me ad cunctas eorum: qui ἀπεριστα-
predicant: quaestiuiculas responsurum. Nulli enim est dubium: quin Stoicorum: & peripatheticorum
hoc est ueteris academiae: ista contentio sit: quod alii eorum asserant πᾶσι: quas nos perturbationes pos-
sumus dicere: aegritudinem: gaudium: spem: timorem eradicari & extirpari posse de mentibus hominum: alii fran-
gi eas atque moderari: & quasi infrenos equos quibusdam lupatis coerceri. Quorum sententias & Tullius in Thu-
sculanis disputationibus explicat. & Origenes ecclesiasticae ueritati in Stromatibus suis miscere conatur ut pre-
teream Manichaeum: Priscillianum: Euagrium hyperborean: Iouinianum: & totius pene Syriae haereticos: quos ser-
mone gentili Abin & Paanin .i. pueros & massilianos graece εὐτυχεῖς uocant. quorum oium ista sententia est: pos-
se ad perfectionem: & non dicam ad similitudinem: sed aequalitatem ei humanae uirtutis & scientiam dei perueni-
re. ita ut asserant ne cogitatione quidem & ignorantia cum ad consumationis culmen ascenderint: posse pecca-
re. Et quae superiori epistola contra errores eorum pro angustia temporis pauca perstrinxerim: hic liber quem nunc
cudere nitimur: Socraticorum consuetudinem conseruabit. ut ex utraque parte quid dici possit exponat: & magis per-
spicua ueritas fiat: cum proposuerit unusquisque quod senserit. Illud autem Origenis proprium est: & impossibile es-
se humana a principio usque ad mortem non peccare natura. Et rursus esse possibile: cum se aliquis ad meliora con-
uerterit: ad tantam fortitudinem peruenire. ut ultra non peccet. Aduersum eos autem qui me dicunt hoc opus inflama-
tum inuidiae facibus scribere: breuiter respondebo: nunquam me haereticis pepercisse: & omni egisse studio: ut ho-
stes ecclesiae mei quoque hostes fierent. Heluidius scripsit contra sanctae Mariae uirginitatem perpetua. Nunquam
ut ei responderem: ductus inuidia sui: quae omnino in carne non uidetur: Iouinianus cuius a te haeresis suscitatur: roma-
nam fidem me absente turbauit: & tamen elinguis & sic sermonis putidi: ut magis misericordia dignus fuerit: quam in-
uidia. Illi quoque respondi: ut potui. Rufinus non uni urbi: sed orbi blasphemias Origenis: & περιεργων libros qua-
tum in se fuit intulit. Ita ut Eusebii quoque primum librum defensionis sub nomine Paphili martyris ederet: & qua-
si ille passus dixisset: nouum pro eo uolumen euomeret. Num uidemus ei: quia respondimus: Et tanta in eo eloque-
tia fluere flumina ut me a scribendi atque dictandi studio deterrent: Palladius seruilis nequitiae eandem haere-
sim instaurare conatus est: & nouam translationis hebraicae mihi caluniam instruere. Num & illius ingenii nobilita-
ti inuidemus: Nunc quoque ministerium iniquitatis operatur: & garrat unusquisque quod sentit. Ego solus sum: qui cun-
ctorum gloria mordear. Et tanta miser: ut iis quoque inuideam: qui non merentur inuidiam. Vnde ut omnibus approbare: me non
odisse homines: sed errores. Nec aliquorum magis infamiam querere quam dolere uicem eorum: qui falsi nominis scientia
supplantantur: Attici & Critoboli nomina posui: per quos & nostra pars & aduersarios: quid sentiret: exprimeret
quin potius omnes qui catholicam sectantur fidem: optamus & cupimus danare haeresim: homines emendari. Aut certe
si in errore uoluerint permanere: non istam nostram culpam esse: qui scripsimus: sed eorum qui mendacium prae-
lerunt ueritati. Breuiterque caluniatoribus respondemus: quod sua in nos conferunt: manichaeorum esse sententiam: hominum dan-
nare naturam: & liberum auferre arbitrium: & adiutorium dei tollere. Rursusque apertissime insaniae hoc hominem dicere esse:

scro in huius 70.

quod deus est. Et sic ingrediendū uia regia: ut nec ad sinistra: nec ad dextra declinemus. Appetitūq; ppria uoluntatis dei semp credamus auxilio gubernari. Siq; aut falso se infamari clamitat: & gloriatur nostra sentire: tūc uera fidei probabit assensum: cū aperte absq; dolo aduersa dāauerit: Ne audiat illud propheticum. Et i omnibus his nō est cōuersa ad me prauaricatrix soror eius iuda ex toto corde suo: sed i mendacio: minorisq; peccati ē sequi malū: qd' bonū putaueris: q̄ nō audere de fēderē: quod bonum pro certo noueris. Qui minas: iniuriā. paupertatēq; ferre nō possumus: quomō flāmas Babylonis uinceremus? Quod bellū seruauit: pax ficta non auferat. Nolo timore perfidiā discere: cū ueram fidē meā Christus reliquerit uoluntati.

Initiū dialogi beati Hieronymi presbyteri cōtra Pelagiū sub noibus Attici & Critoboli. Epistola. XVII.

ATTICVS. Dic mihi Critobole. Verū ne est quod a te scriptū audio: posse hoiem sine peccato esse: si uelit: & facilia dei esse praecepta. CRITOBOLVS. Verū Attice. Sed nō eodē sensu ab aemulis accipitur quo a me dictum est. ATTI. Quid enim ambiguitatis in dicto est: ut diuersae intelligentiae tribuatur occasio? Nec quāro ut de utroq; pariter respondeas. Duo enim a te proposita sunt. Vnū posse hoiem sine peccato esse: si uelit. Alterū: facilia dei esse praecepta. licet ergo simul dicta sint: tamen per partes singulas differantur: ut quorū una uideatur fides: nulla sit in sententiarū diuersitate contentio. CRI. Ego Attice dixi hoiem absq; peccato posse esse: si uelit. Non ut quidā maledici calūniantur: absq; dei grā: quod etiam cogitare sacrilegiū est. Sed simpliciter posse: si uelit: ut subaudiatur dei gratia. ATTI. Ergo & malorū in te operū auctor est dominus? CRI. Nequaquā ita ut aestimas. Sed siquid in me boni habeo: illo suggerente & adiuuante cōpletur. ATTI. Non de natura quāro: sed de actu. Quis enim dubitat deum oīum creatorē? Hoc mihi respondeas uelim: qd' agis bonum: tuū est: an dei? CRI. Meū est: & dei: ut ego oper: & ille adiuuet. ATTI. Quomō hęc oīum opinio est: ut dei auferas grām? Et quicquid hoīes agimus: propriae tantū asseras uoluntatis? CRI. Miror Attice: cur erroris alieni a me causā rationēq; flagites: & id quāras: quod scriptū non est: cū perspicuum sit: quod scripserim. dixi hoiem sine peccato esse: si uelit. Nunquid addidi. absq; dei gratia? ATTI. Sed ex eo quod non negauit: dixisse aestimandus sum? Neq; enim quicquid non dicimus: negare arbitrādi sumus. ATTI. Confiteris ergo hominē sine peccato esse: si uelit cum dei gratia. CRI. Non solum fateor: sed & libere proclamabo. ATTI. Errat ergo: qui dei gratiam tollit. CRI. Errat: quin potius arbitrandus est ipius: cū dei nutu oīa gubernentur: & hoc quod sumus: & hēmus appetitum propriae uoluntatis: dei conditoris sit beneficium. Vt enim libere possideamus arbitrium: & uel ad bonā uel ad malam partē declinemus propria uoluntate: eius est gratia: qui nos ad imaginē & ad similitudinem sui tales condidit. AT. Nulli o Critobole dubiū est: ex eius cuncta pēdere iudicio: qui creator est oīum: & quicquid hēmus illius beneficio deputandum esse. Sed quero hoc ipsū quod dei asseris gratia: ad conditionis ne referas beneficiū? An in singulis rebus putes esse quas gerimus: ut simul illius i oībus utamur auxilio? An semel ab eo liberi arbitrii conditi nostra uoluntate uel uiribus agamus: qd' uolumus? Noui enī plerosq; uestrū ita ad dei cuncta referre gratiā: ut nō in partibus sed in genere: hoc est nequaquā in singulis rebus: sed in conditione arbitrii intelligāt ptatē. CRI. Nō est ita ut autumas: sed a me utrūq; dicit. ut & dei gratia sit: q; tales conditi sumus: & per singula opera illius adminiculo fulciamur. AT. Constat ergo iter nos in bonis opibus post ppriā uoluntatē nos niti dei adiutorio: in malis diaboli. CRI. Cōstat: & sup hoc nulla contentio est. AT. Male ergo sētunt: qui per singulas res quas agimus: dei auferunt adiutoriū. Et id qd' psalmista canit: Nisi dominus aedificauerit domū in uanū laborāt qui aedificāt eā. Nisi dominus custodierit ciuitatē: frustra uigilat q custodit eā: ut caetera huiuscemodi pueris interpretationibus: imo risu dignis ad alios sensus retorquere nituntur. CRI. Quid mihi necesse est cōtra alios dicere: cū meū respōsū habeas? ATTI. Tuū respōsū cuiusmodi? Bene sētire: an male? CRITO. Et quā me cogit necessitas: ut cōtra alios promā sententiā? AT. Disputatiōis ordo & rō ueritatis. an ignoras oē quod dicit: aut esse aut nō esse: & aut iter bona aut mala debet numerari? Hoc ergo de quo iterrogo: aut bene dici aut male i gratis tibi fatendū est. CRI. Si in singulis rebus quas gerimus: dei utendū est adiutorio: ergo & calamū tēperare ad scribendū: & tēperatū pumicā terere: manūq; aptare litteris: tacere: loqui: sedere: stare: ambulare: currere: comedere: ieiunare: flere: ridere: & caetera huiuscemodi: nisi deus iuuerit nō poterimus. AT. Iuxta meū sensū nō posse: pspicuū est. CRI. In quo igitur liberū hēmus arbitriū: & dei in nos gratia custoditur? sine hoc quidē absq; deo possumus facere? AT. Non sic donata est liberi arbitrii gratia ut dei per singula tollatur adminiculū. CRI. Non tollitur dei adiutorium: cū creaturae ex semel dati liberi arbitrii gratia conseruentur. Si enim absq; deo & nisi per singula ille iuuerit: nihil possum agere. nec pro bonis me iuste opibus coronabit: nec affliget pro malis: sed in utroq; suum uel recipiet: uel dānabit auxilium. AT. Dic ergo simpliciter: q; dei auferas gratiam. Quicquid enī tollis in partibus: necesse est ut & in genere neget. CRI. Non nego gratiam: cum ita me a deo asseram conditum: ut per dei gratiam meā datum sit uoluntati: uel facere quid: uel non facere. AT. Dormitat ergo deus i operibus nr̄is semel data liberi arbitrii potestate: nec orā dus: ut in singulis rebus nos iuuet? cum uoluntatis nostrae sit & proprii arbitrii: uel facere si uolumus: uel non facere si nolumus? CRI. Quō in caeteris creaturis conditionis ordo seruatur: si concessa semel liberi arbitrii potestate nostrae uoluntati omnia derelicta sunt. AT. Ergo ut dixi nō debeo a deo per singula auxilium depreca ri quod semel meo datum est iudicio? CRI. Si in omnibus ille cooperatur: non est meū sed eius qui adiuuat: immo qui in me operatur: presertim cū absq; eo facere nihil possum. AT. Oro te: nō legisti: Nō enī uolētis neq; currētis sed miserētis est dei: Ex qbus itelligimus nostrū quidē esse uelle: & currere. Sed ut uoluntas nostra cōpleat & cursus: ad dei misericordiā ptinere: atq; ita fieri. ut & in uoluntate nostra & in cursu libere seruet arbitriū. & in consumatiōe uolūtatis & cursus dei cūcta potētiā relinquāt. Sed nunc mihi scripturarū testimonia replicanda

ex eo quod non ad h
dixi uobis negare.
Critobolus //